



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 94. Hi Dialogi a Castallione latine redditi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

„funt literæ, quibus contra ejus Dialo-
 „gos vehementer declamatur: totum
 „igitur hoc opus attentam mente pervol-
 „vemus. „ Interea cum hi Ministelli
 præfatos Dialogos examinarent, nullum
 non movebant lapidem, ut illorum Au-
 ctorem eo inducerent, quatenus errores
 suos in Dialogis contentos saltem ortho-
 doxe explicaret. Verum hi oleum, ope-
 ramque perdiderunt; quippe Ochinus
 sententiæ suæ pertinaciter insistebat.

Sæcul. XVI.
 A. C. 1562.

§. XCIII.

*Ochinus propter suos Dialogos Tiguro
 ejectus.*

Itaque Senatus hujus hæretici contu-
 maciam a Ministris edoctus decretum
 condebat hujus tenoris: „Cum Ochinus
 „contra leges, ac Magistratus edicta li-
 „brum vulgasset, cujus solum nomen Ec-
 „clesiæ, ac Reipublicæ horrore est, hinc
 „decernimus, ut quantocius illius Au-
 „ctor Tiguro, totaque illius ditione ex-
 „cedat. „ Paruit huic sententiæ Ochi-
 nus Anno salutis nostræ millesimo quin-
 gentesimo sexagesimo tertio.

Sandius l. c.
 Simler. in
 vita Bulin-
 geri p. 39.

§. XCIV.

Hi Dialogi a Castallione latine redditi.

Hosce Dialogos Castallio ex idiomate
 Italo-latine reddebat, eodemque an-
 no impensis Petri Cernæ hanc versionem
 Basileenfibus literis excudi curabat: qui
 Hist. Eccles. Tom. XLV. D d d ni-

Sæcul. XVI. nimo refert Sandius, eosdem in Flandri-
 A.C. 1562. cum quoque idioma versos fuisse: Bzo-
 Sandius l. v. vius vero affirmat, idem hoc opus in plu-
 p. 5. res alias linguas fuisse translatum.

Ceterum Castallio hac sua versione
 sibi plurimum averfionem accersivisse vi-
 detur; id enim sat aperte colligi potest
 ex ejus professione fidei, quæ in quadam
 illius epistola ad Magistratum, & Basileen-
 sem Senatam directa legitur; in illius
 enim exordio hæc leguntur verba: „Ex
 „Magnifico Rectore, ceterisque Ecclesiæ
 „Doctoribus percepi, literis ad vos datis
 „me circa duo capita enormiter fuisse ac-
 „cusatum, nimirum propter Theodori
 „Bezæ librum, necnon ob versionem Dia-
 „logorum, quos Bernardinus Ochinus
 „edidit. „

Postea in fine hujus epistolæ ad alte-
 rum accusationis caput his verbis re-
 spondit. „Quantum ad alterum crimen,
 „quo Ochini Dialogos transtulisse in simu-
 „lor, affirmo, me non nisi illorum versorem
 „fuisse, ubi ea duntaxat methodo usus fui,
 „qua quodcunque aliud opus latine red-
 „dissem, nec enim judicis munus mihi
 „vendicabam, sed duntaxat interpretis
 „officium, quo libenter fungor, ut meam
 „familiam nutrire, ac sustentare valeam;
 „Typographus autem hujus libri, qui jux-
 „ta Basileensium decreta approba-
 „tus est, copiam mihi fecit. „

INDEX